

Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiae, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CXXXII. Bononien. fideicommissi de Bolognettis. De eadem materia,
An scilicet prælegata veniant sub fideicommisso universali, & de
conjecturis id suadentibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

Secus autem ubi per viam conditionis à parte ante, cum tunc istius defectus se opponat principio acquisitionis, ac potius impedit jus querendum, quām collat jus quæsitionis, juxta distinctionem, de qua infra in Neapolitana hereditatis, & in Romana hereditatis de Rubeis discurs. 154. & 155. ubi particulariter agitur de hac materia seu distinctione.

Econversò ego scribens pro hac parte, admittēbam quoque veritatem hujus theoricæ in abstracto, sed negabam applicationem in concreto ad casum controversiæ. Tum quia utrumque onus, illud præsertim habitandi domum, tanquam habens tractum successivum non autem momentaneum, atque præsupponens, tam agnationem, quam acquisitionem legati, tanquam antecedens necessarium, sine quo impossibile est habitationis onus impleri, sine dubio dicendum est potius importar modum, & successivè quod contraventio importaret poemam caducitatis, ut in supra insinuatis disc. 154. & 155. advertitur; Tum clarius quia difficultas de plano removebatur ex solo facto, dum unum dictum est, jam præcesserat legati agnisi & acquisitionis, cum successivo implemento, cuius cœlestis proveniebat potius ex morte civili resulante à professione in Religione reddente impossibile dictorum onus implementum, quām à culpa & voluntaria contraventione, quæ delictum redoleret, ut ad hunc effectum requiritur; Ideoque quatenus pertinet ad hunc punctum, reflectendo etiam ad solam veritatem, iusta & probabilita visa est dicta resolutio, à qua non credo, quod recessum sit, quamvis in decisione desuper edita, ita forte vororum qualitate exigente, non omnia hac deducantur.

In proposito autem hujus questionis, An prælegatum veniat sub fideicommisso in una Romana de Gratia disputa coram A. C., in qua inter plures articulos in ea cadiens, ille quoque cedebat, An & qui venient sub nomine heredium, ubi fideicommissum ordinatum est ad favorem alicuius, eiusque hæredem, de quo agitur alibi infra, cedebat quoque iste articulus comprehensionis prælegati sub fideicommisso; Cumque in ea facti specii unicuius institutus esset hæres, ante eujus institutionem eidem prælegatum aliquorum bonorum in eodem testamento factum erat. Hinc dicebam Ego scribens pro Gratia prætentibus dicti legati comprehensionem sub fideicommisso universalis, quod non obstat dicta regula hujusmodi comprehensionis exclusiva, ex eadem ratione caduci, de qua supra, ob quam bona legata dismembrari non dicitur ab ipso corpore hereditatis, cuius magis, 2 quan legati iure ad fideicommissarium spectare dicuntur, deducendo casum caduci ob hæreditis incapacitatem obtinendi legatum, quod de jure à seipso præstari non potest, ne detur actio & passio in eodem subiecto ad text. in l. legatum s. heredi, & l. plenè sub dubiis de legat. i. cum concordan.; Verum reflectendo ad veritatem, advertebam istud esse fundatum periculosum, ut clientibus juxta stylum insinuabam, quoniam dicta propolitio est quidem vera de jure durante titulo hereditario, ut scilicet quoties hæres non haber coheredem, à quo legatum allequivaleat, sit incapax obtinendi legatum à seipso ob dictam incompatibilitatem; Secus autem ubi resolutus est titulus hæreditarius per jam factum casum restitutioñis, cum tuhc jura quæ competitur hæredi obtinenti hereditatem revocabiliere, non dicantur simpliciter ac perpetuo confundi, sed solum temporaliter & causative, donec scilicet duret

titulus incompatibilis hæredis, quo cessato eadem reviviscunt potius tanquam à somno, quām tanquam à morte ex deductis per Peregr. art. 17. nu. 16. cum sequen. & aliis, de quibus Fusar. q. 650. nu. 66. nimirum urgente etiam superfluitate alias resultante; Et quamvis hæc opinio non careat contradictoribus ab eodem Fusar. ubi supra relatis, Attamen ex prudentiali regula non assumendi quæstiones difficultiores, ubi haberi possunt facilitiora, insistebam super conjecturis, ex quibus videbatur deduci posse limitationem regulæ pro compræhensione prælegati sub fideicommisso, ideoque hic punctus non fuit ita examinatus, ut super eo judicium efformari potuerit.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE BOLOGNETTIS.

Responsum pro veritate.

De eadem materia, An scilicet prælegata veniant sub fideicommisso universalis, & de conjecturis id suadentibus.

S V M M A R I V M.

- 1 **F**acti series.
- 2 **A**n bona assignata filiis per patrem in vita, cœstantur donata, vel solum assignata iure peculijs ad effectum, an cadunt sub fideicommisso, nec nō remissive.
- 3 **D**e conclusione, quod testator potest supponere fideicommissa bona propria hæredis remissive.
- 4 **D**eratione equalitatis servanda, si bona uni heredi prælegata, non cadunt sub fideicommisso, neque legata alteri.
- 5 **T**acita pupillaris contenta sub compendiosa, non intrat in reciproca ordinata inter atate inaquailes, remissive.
- 6 **D**e questione, an prælegata veniant sub fideicommissa in genere, remissive.
- 7 **Q**uod non detur in hac materia certa regula generalis, & quomodo in eas si procedendum.
- 8 **N**on est immorandum in verbis, vel ordine scripture, sed in substantia voluntatis.
- 9 **Q**uando procedunt legata, & institutio fit per verba exceptiva in omnibus alijs non venient sub fideicommisso, sed cessat ex conjecturis.
- 10 **Q**uod erroneum sit procedere in hac materia cum doctrinis, & decisionibus generalibus.
- 11 **C**onsideratur, quod verba restrictiva, de quibus num. 9., non debeant esse ita operativa, quia de stylo.
- 12 **R**ecensentur plures conjecturae ex quibus prælegata veniant sub fideicommisso.
- 13 **E**converso recensentur conjecturae contraria.
- 14 **Q**uod in dubio pro non inclusione sub fideicommisso.
- 15 **Q**uod in hæc materijs non possit dari certum, ac determinatum judicium.

D I S C. CXXXII.

Iohnes Baptista de Bolognetris, cum vivens assignasset Bartholomæo filio quædam bona, & moriens deinde eadema bona ipsi Bartholomæo, & quædam

DE FIDEICOMMISSIS

312

& quadam alia Pompeo alteri filio respectivè prælegavit, deindeque eos hæredes instituit cum reciproca inter eos in casu mortis unius eorum sine filiis & descendantibus, vocando superstitem vel præmortui filios; Vnde post annos 30. circiter, per aliquos ipsius testatoris ac hæredum descendantem pro veritate consultus fui (cum certo præsupposito durationis dicti fideicommissi universalis in perpetuum), An tibi eo venirent dicta prælegata facta filijs primò institutis.

Respondi videndum esse in primis de qualitate præfatae assignationis facta in vita Bartholomæo, an esset iure simplicis assignationis revocabilis per speciem peculii potestatis, ita ut dominum abdicatum non esset à patre, neque translatum in filium, Vel e converso importaret perfectam ac irrevocabilem donationem dominij translativam, iuxta casum, de quo in Reggiano honorum coram Corrado 23. Februario 1546. & 23. Ianuarij 1647, quarum prima est decr. 387. par. 9. rec. repetit post Merlin. de pign. dec. 110.

Si enim esset iuxta hanc secundam speciem, nulla caderet quæstio circa dicta bona assignata Bartholomæo ex defectu potestatis, à qua regulatur voluntas, dum nullam de illis disponendi facultatem habebat, ut de huiusmodi bonis ita per patrem viventem filio assignatis sub fideicommisso per eum ordinato non cadentibus latè habetur in allegatis decisionibus Reggiani. 5; Licet enim ex deductis infra in Romana fideicommissi de Cefis. 134, testator ad limites emolumenti gravare posuit hæredem etiam in istius bonis propriis, illa que fideicommissio supponere, attamen ut ibidem advertitur, ista voluntas non præsumitur.

Atque ex hoc resultare observabam, quod neque caderent sub fideicommisso bona Pompeo alteri filio iure simplicis prælegati relicta, quamvis in illis dicta ratio deficientis potestatis non caderet, ratione 1. aequalitatis servanda inter filios, quæ per testatorem in dubio volita præsumitur, ut in specie, licet obiter, & per fugam advertitur per Rotam in Avenionem. Salviani 8. Martii 1652, coram Bischio impress. par. 11. rec. dec 227. n. 15, ubi allegantur Doctoris de hoc agentes, Ac habemus generaliter in materia reciprocæ inter filios per compendiosam ordinatæ, quod licet ista continere soleat etiam sub se pupillarem, attamen si inter institutos adsit inæqualitas, quia tempè unus sit pupillus, alter vero adulterus, ista pupillaris non intrat, sed remanet simplex fideicommissaria ex dicta ratione inæqualitatis alias resultantis, ut advertitur apud Fusar. qu. 257. num. 2. & supra disc. 123.

Eoque magis tali casu observabam pro ista æqualitate servanda testatoris præsumptam voluntatem afflisterem, quia maior urgere videbatur ratio affectionis erga Pompeum, qui in paterna domo sub eius obedientia ac obsequio vixerat, quam erga alterum, cui à paterna domo discedenti pater dictam assignationem facere coactus fuit, juxta exemplum seu parabolam Evangelii de filio prodigo suam portionem a patre petente ac obtinente.

Retento autem præsupposito, quod dicta assignatio facta esset juxta primam speciem iure simplicis peculii, ita ut cessaret dicta ratio deficientis potestatis, atque caderet sola quæstio præsumptæ voluntatis; Respondi quod licet nostri maiores in ista quæstione, An prælegata facta hæredi gravato veniente sub fideicommisso universalis, minium sè involverint, Aliis simpliciter affirmantibus, Aliis vero econverso simpliciter negantibus, Ac aliis plures adhibentibus distinctiones deductas

ex ordine scripture, An sollicit prælegatio tutionem seu substitutionem universalem praudent vel subsequantur, Nec non attendendo quoniam eorum formulæ, an scilicet intimio & telescopio substitutio esset indefinita, ve. solum consequens alijs bonis &c. 3 Sive an alia verba excepta cedant, cum aliis distinctionibus & declarationibus post Manic. & peregr. ac alijs latè de more collocantur per Fusar. quest. 650.

Attramen juxta ferè generalem naturam quoniam sub ista materia ultimarum voluntarium prædilectionum, hujusmodi generalitates fiduciarum academiis potius congrua sunt; In foro vero pro particularibus & individuis casibus debet esse errorneum est certam ac determinatam regule universalem constituer, quoniam, tanquam quæstione facti & voluntatis potius quam singulorum casuum determinatio pro possidente arbitrio pender ab eodem condicione & particularibus circumstantiis, circa quæ prædicta frequenter in precedentibus & sequentibus advertitur, neque regula dari potest, cum contingat, ut in uno casu ex facti qualitate conjectura sufficiat in altero autem excedat gèmaiores sint insufficietes, attendendo prius liter substantiam voluntatis non autem scriptura seu verborum formulæ, ut in his casis relatis bene advertitur apud Burdeus, quæ considerationes circa ordinem vel diversitatem rite seu verborum & clausularum formulæ dendo tanquam conjecturas seu circumstantias quas, maiores, vel respectivè minoris tendenter veniant.

Hinc proinde licet accedente clausula expedita in alijs verò &c., vel aequipollenti, rebus Handed. cons. 71. n. 44, distinguenter annullata opposita in institutione cœnatur repetit in fidelitate, & aliorum sequacum, recipimus prædicta regula, ut prælegata sub fideicommisso non vera deductis per Pere. art. 7. n. 44. cimsec. 1650. & 24. Rota dec. 4. 8. p. 5. & decr. 124. p. 10. & in aliis de quibus dispe. preceps. 3; Attamen citur regula præsumptiva non excludens item ex malorum seu efficacioribus conjecturis.

Ideoque est præsumptio, quæ statim in decisionibus eam canonizantibus, est quidem sed non necessaria, ut admittatur apud omnes causas supra, & est absolutum, quoniam cœnatur in teriali ac expressa voluntate, quæ cada sub fidelitate, ita ut in ea inter regula textus in ille sit de legat. 3, in reliquis omnibus ab solutorum esse de hodie recepta habemus pro regula, & deinde ad solam probationem præsumptivam ex coram probationibus vel efficacioribus præsumptivis & conjecturis absque dubio elidibilem; Attentare, ut adeò frequenter in aliis advertitur, nunquam superfluum esset in quocumque casu tunc pluresque inculcare, nimirum irridenda sententia leguleica inepta, quæ adeò irreplisse videbatur, dendi huiusmodi controversias cum decisionibus auctoritatibus generalibus, seu etiam cum decisionibus diversos ramen casus per cœnitibus, multo magis ac pessimè, cum conflixi ad causam opere tunitatem editis, totum studium totamque enarrationem constitudo in magna allegationum formâ ac DD. cumulo, quafquid ab eorum missionib. notori numero arithmetico resolutio penderet, considerando, quod ubi ac urate ac diuidito in iusmodi auctoritatum criticatio fiat, exten-

DISCVRSVS CXXXIV.

313

Six decem vel quinque invenientur, quae percutians casum præcūsum, sive ad illum adaptentur.

Eoque magis, tam occasione istius controversie quam plurim, ac plurim sub eodem articulo cadentium, advertebam dictam circumstantiam causare quidem conjecturam efficacem pro statuenda regula, dum ita nostris majoribus vīsum est, non autem necessariam, quia cum in haec Dītione sit stylus præmittendi legata, omnēsque alias dispositiones, demum vero in fīe adiiciendi hereditatis institutionem, ac substitutiones, & fideicommissa, hinc prōinde ista verba in omnībus aliis & vel similiā provenire videntur potius a quodam stylo Notariorum, quam à certa discreta voluntate testatoris, ideoque de facili admittenda est libertatio.

Applicando igitur ad rem; Pro hujusmodi prælegatorum inclusione plura facere videbantur; Primo scilicet, quod bona in eis contenta essent insignia & meliora, ut in specie ceteris relatis adiutetur apud Buratt. dicta decis. 168. numer. 13. Secundo quia absorbere videbantur notabiliter partem hereditatis ex plenē deductis per Hone- ded. dicto conf. 71. numer. 17. & sequen. cum aliis per Fusar. dicta quest. 650. numer. 74. cum sequen. Buratt. dicta 847. numer. 10. Tertio quia prælegata facta fuerunt iure institutionis, ex deductis per eundem Hone- ded. dicto conf. 71. numer. 27. & 28. Fusar. dicta quæst. 650. numer. 88. Rota dec. 646. num. 8. par. 4. rec. Quartò quia in prælegato facto Bartholomaeo testator dicit facere in executione assignationis facta in vita pro eius parte & portione, unde proprieτà hereditatem magis quam legatum importare videatur Hone- ded. dicto conf. 71. num. 17. cum sequen. Buratt. dicta decis. 847. num. 10. Et quanto quia prælegata procedunt, substituto autem quæ subsequitur indefinitè facta est ipsi personis, ut latè deducit Hone- ded. dicto conf. 71. num. 10. cum seqq. & num. 14. cum sequen.

Econversò autem pro exclusione concurrebant; Primo dicta vehementer conjectura resultans à verbis exceptivis, in aliis autem bonis &c., in institutione contents; Secundò ex oneribus particularibus que iphi prælegatis expresse adjectis, unde resultare videtur argumentum, quod quando testator in his bonis gravare voluit dixit, ergo noluit id quod non dixit; Tertiò quia in pluribus ordinationibus & præceptis, occasione privandi contravenientes, contradistinxii hereditatem à prælegatis; Quartò quia, substituendo in causa contraventionis, pariter eamdem contradistinctionem adhibuit; Quintò ex deficiencia illarum conjecturarum, & circumstantiarum, quæ pro inclusione prælegati ponderari solent apud Hone- ded. conf. 71. & alios relatios per Fusar. dicta quæst. 650. & per Rot. dicta decis. 646. par. 4. rec. & apud Buratt. dicta dec. 847. & alios; Et quintò denum fortius, quia fati dubitari poterat, an fideicommissum universale duraret, cum reciproca præfertim de linea ad lineam in ulterioribus descendentiis, ob defectam conditionem substitutionis per mortem heredum cum filiis juxta celebrem decisionem Oldrai conf. 21. Quicquid enim esset de hoc puncto, super quo utpote non requisitus maturum judicium non efformavi, neque aliquod responsum dedi; Adhuc tamen ponderabam, quod ubi eriam ex conjecturis probabilius dici posset istud fideicommissum universale adesse, adhuc tamen cum non esset expressum sed conjectuale, ita esset nimium multiplicare presumptioniones

Cardin. Luca de Fideicom.

contra vulgarem regulam, quæ licet verè & propriè procedat, quando agitur de presumptionib; æquè principalibus, non autem quando una venit in consequentiam alterius, ac potius tantum ejus effectus, Attamen negati non posse observabam, quin exinde resultaret aliqua conjectura cum aliis conjungenda, cum consueta regula, si singula quæ non profunt, &c.

Et ex his quæ mihi videbantur esse magis specialia, ideoque præponderantia aliis supra in contrarium ponderatis utpote magis generalibus, pro meo sensu inclinabam potius in negativam, ex eo præsertim quod saltem negari non posset, ita hæc reddi probabilitate dubia, stante propositione, quam hodie nimis frequentem ac receptam habemus toties per Rotam firmatam, ut in dubio, ex regula quæ pro libertate facit, pro exclusione oneris, ac fideicommissi respondendum sit; Infinuabam tamen hæc pro solo meo sensu seu iudicio, de quo tantum in hujusmodi conjecturalibus materiis respondere conceditur, & in quibus stultitiae species videtur, certum ac determinatum respondunt dare pro veritate, dum ob ingeniorum nimiam varietatem, ac fortius, quia ex tot diversis decisionibus, atque Consilientium præsertim diversitatibus, ista materia adeo involuta est, quod volentes sublinere solem in media nocte adhuc auctoritates desuper habeant, vel eas deducere possint, Vnde propterea è magis proprium genium consoendo, in ea persisto opinione, quod ista præsertim fideicommissaria materia in ratione discursiva, seu ratiocinativa pro facti qualitate tractari debeat, principaliiter insistendo super iudicando substantiam verisimilis voluntatis.

FIRMANA FIDEICOMMISSI DE FVLCHIS

PRO

CAROLO FVLCO.

CVI

FRANCISCO MORO.

Cusus varie dicisis per Rotam.

De eadem materia prælegati cadentis necne sub fideicommisso universali, sive sub particulari omnium bonorum stabilium; Et quando dicendum sit, non prælegatum distinctum à fideicommisso, sed potius quod importet quamdam maiorem portionem unius ex vocatis ad unum, & idem fideicommissum.

Dd

5VMS